

Balbini, Pragae 1779. p. 24. 8.
An praesenti Opella dignum se
Laurea praestiterit, Lectoris ju-
diciū esto. Inscribitur illa: *Re-*
solutio Hypothetici Syllogismi in
Categoricum seu praedicatiuum, qui
Hypothetico uim conclusionis admi-
nistrat. Rom. VIII. Hypotheti-

Si Deus est hominum custos, si regna tuetur,

Pro nobis pugnax martis et arma capit,

Quis poterit contra nos conspirare tyrannus,

Quis feret audaces nostra per arua manus &c.

CXX.

193 Codex chartaceus lat. Sec.

XIV. Folior. 144. f. per duas
columnas exaratus complectitur

F. Augustini Triumpho de Ancona
Ord. Eremit. S. *Aug. Postilla in*

Epistolis Canonicas. Dicat ea:
Honesto ac reuerendo viro domi-

no Gerbardo archidiacono tolosano
(Tolosano?) *nepoti illustris ac ve-*

nerabilis viri domini Gebardi (Ger-
hardi) *de parma diuina gratia epi-*

scopi cardinalis. Eruitur hinc scrip-
tionis tempus; *Gerardus* enim hic

Blancus diem clausit 1302. lega-
tionibus in *Siciliam* et *Galliam*

obitis clarus, undē et Nepotem
suum facile in ecclesia *Tolosana*

collocare potuit. Sequitur in *Co-*
dice Praefamen hoc initio: *Sa-*
pientia edificauit sibi domum &c.
Cuius libet scientie professor in
principio sui studij tria tenetur di-
cere et tractare &c. Expositio in-
cipit a spurio *Hieronimi* Prolo-
go, qui integer extat in edit.

Opp. Vallarf. T. X. col. 1057.
Dein explanantur Epistolae *Jaco-*

cus Diui Pauli Syllogismus: Si
Deus pro nobis, quis contra nos.

Atque is proponitur carmine tele-
giaco, quemadmodum ejus *Re-*
solutio in Categoricum, et Con-

clusio Syllogismi. Hoc quidem
initio: *legi dicitur, quaeque legi-
bus glossa incipit, hoc mo-*

Si Deus est hominum custos, si regna tuetur,

Pro nobis pugnax martis et arma capit,

Quis poterit contra nos conspirare tyrannus,

Quis feret audaces nostra per arua manus &c.

CXX.

bi, Petri, Johannis et Judae σοι-
χουδου, prout se in Bibliis exci-
piunt. Ad calcem legitur: *Ex-*

pliciunt postille super epistolas ca-
nonicas edite a fratre Augustino de

ancona ordinis fratrum heremita-
rum sancti Augustini et cetera.

Vitam et Opera Nostri, qui *Nea-*
poli decessit 1328. enarrat *Felix*

Offingerus in *Biblioth. August.* p.
44. citatque *Jac. Homejum,* qui

in *Suppl. PP. et Concilior. Paris.*
1686. 8. edito p. 557. testatur,

propediem se fortasse evulgatu-
rum nostra haec *Postilla,* quo-
rum exemplar apud ipsum erat.

Sed res intra promissa constitit,
non magno utique τῆς Ἑρμηνευτι-
κῆς damno. *Fol. 109.* Codex no-

ster manu coeua scribitur *liber*
sancte marie virginis In newburga
claustrali.

CXXI. VII. E. 22.
Codex membraneus lat. Sec. 371
partim XIV. partim XII. Folior.
135. f. Parte priori per duas co-
lumnas minute, Parte altera lineis

longis luculente scriptus exhibet: I. *Commentaria in Apocalypsin* fine Titulo, nomineque Autoris, quae a Commentario in *Praefationem*, quam *Gilbertus Porretan.* f. *Pictaviensis* Apocalypsi praefixisse dicitur, quaeque legitur in *Bibliis glossat.* incipiunt, hoc modo: *Omnes qui pie uolunt uiuere &c. diuiditur iste prologus in VIII. partes in prima breuem fidelium ammonicionem premittens ostendit &c.* Capitis I. expositio sic inchoat: *apokalipsis iesu christi &c. liber iste in duas partes diuiditur. in prima quedam communia toti operi et generalia premittit ut hic in primo capitulo. in secunda spiritualiter ad uisiones et reuelaciones accedit &c.* Sub finem C. 13. multus est Autor in computando numero *Bestiae* uidelicet DCLXVI. inuenitque hunc numerum in uocibus *Antemos, Arnoyme* (*Αντιθεος. Αρνυμα.*) *Teytan* et *Diclux*, quae, ut ait, erunt *Antichristi* nomina. Similia diximus ad *Codd.* duos sequentes. Finit tota haec cursoria *Apocalypseos* Expositio in v. 27. c. 4. L. III. *Esdrae: Iniquus rex, iniquae mulieres, iniqui filij hominum &c.* ut ut Autor illum *apocrifum* uocet. II. fol. 56. manu Sec. XII. In nomine domini incipit *dyalogorum liber. I. beati Gregorii.* Initium absque omni Praefatione: *Quadam die nimis quorundam Secularium tumultibus depressus quibus in suis negociis plerumque cogimur soluere etiam quod nos certum est non debere &c.* Ita et III. *Libri* reliqui integri sequuntur, quin ta-

men adpareat diuisio in *Capita.* Finis ultimi: *non indigebimus post mortem. si ante mortem hostia deo ipsi fuerimus.* Extant notissimi hi *Dialogi* in edit. *Opp. Gregorii Mauriana Paris. 1705. T. II. col. 149.* Non defuturum Collatori spicilegium vel illud argumento fit, quod mox ab ingressu, ubi *Edita* legunt: *ut prius quidem perdat bonum quod tenet, si tamen se perdidisse meminerit, longe rectius Codex noster: sed tamen se perdidisse meminerit, id quod Editores in nullo fuorum Codd. inuenere; e Graeca tamen Zachariae uersione colligere poterant, ubi: μνημονευειν δε οτι εσ απολεσεν &c.* Latinius item paulo post in Nostro: *quos ne per humanos actus a nouitate mentis ueterascerent, omnipotens deus huius mundi laboribus noluit occupari, quam in Editis: qui ne per humanos — eos omnipotens deus — noluit occupari.*

CXXII. VII. 26

Codex chartaceus lat. Sec. 244 XV. Folior. 257. f. currente calamo per duas columnas scriptus exhibet: I. *Expositionem Apocalypseos*, de qua Thecae anteriori inscriptum legitur: *Nota expositores Autenticos Apocalypsis, et enumeratis Augustino, Hieronymo, Beda, Haymone, Helinando, Alberto M. Gilberto, Joachimo, et Relengario (quem Berengarium puto. Confer Fabric. Bibl. med. et inf. Lat. L. II. ad h. v.) additur: Ex di&is istorum*